



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 1. Quàm vetus sit consuertudo, in honore alicui habendo. manum
suam ad os admouendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

254
M. ANTONII MVRER
I. C. ACCIVIS R
VARIARVM LECITIONVM
LIBER DECIMVS.

Quàm vetus sit consuetudo, in honore alicui habendo
manum suam ad os admouendi.

CAPVT I.



VOD hodieque in consuetudine possumus est, vt in salutandis potestibus, aut in honore eis habendo nostram ipsi manum ori admouere. leamus, id quæsumus est ex me, num à veteribus quoque factitatum esse, vt alia pleraque, ita hoc quoque ineptè adulando genus seruilia recentiorum auticorum ingenia excogitassent. Respondi, cum nō orem usque ab impia illa & ridicula veterum, qui multos deos colebant, superstitione ductum ac propagatum videri. Solebant enim & illi, cùm aut fanum aliquod præterirent, aut lignum lapidem aliquem aspicerent, in quo diuinitatis ali quid esse opinarentur: neque enim vilior illis temporibus ullius rei, quàm deorum, annona erat: manus ad os referre, & tenui murmure illos ligneos aut lapides deos, vt sibi fauerent, precari. Ouidius:

*Ecce lacu medio sacrorum nigra fauilla
Ara vetus stabat tremulis circumdata canis.
Resistit, & pauido, Faveas mihi, murmure dixit
Dux meus: & simili, Faveas mihi, murmure dixi.
Appuleius Apologia prima: Nam, vt audio, percepser*

RE
R
NUM
abend,
dine po-
ponen-
endo ne-
pere lo-
me, num
um effe-
aduland
a exoge-
piā illa-
t, super-
nt ena-
religna-
tatis al-
tempo-
manu-
uit lap-
tū iū quā illum nouere, nulli deo ad hoc aut supplicauit; illum templum frequentauit: si fanum, aliquod praetererat, usus habet adorandi gratia manum labris admouere. Minutius Felix in Octauio: *Cecilius, simulacro Serapidis levato, ut vulgus superstitionis solet, manum ori admons, osculum labiis prefit.* Quo igitur gestu illi diis suis honorem exhibebant, eodem nos hodie in potentibus ac fortunatis hominibus colendis vtimur.

Vnde sumpfisse videatur Ouidius, quod in oraculo terram, matrem, lapides autem ossa illius vocavit.

CAPV T I I.

SAPIENTER interpretatur Ouidianus Deucalio sortem sibi à Themide datam, querenti qua arte genus humānum aquis extinctum reparare posset: qui iussus ossa magnae matris post tergum iacere, matri nomine terram intellexit, cuius in corpore ossa lapides vocarentur. Atque equidem existimo ingeniosissimum poētam in illo responso confingendo, quod terram quidem matrem vocauit, sumpfisse ex historia Romana, ubi, cū regiis adolescentibus responsum esset, cum regnaturum Romā, qui primus matri osculum tulisset, Brutus is, qui reges exegit, ē nauī exiens, simulato casu, terram osculatus esse dicitur: quod autem lapides, terra ossa, secutum esse auctoritatem veteris tragicī, qui & ipse illos eodem nomine affecerat. Ciantur enim hæc à vetere Grammatico:

Ἵνος ἀστοῖον ἐγχειρίδεις τέλος.
deo qui ad lapidem offendisset. Sic autem, & sanguinem terra Aristoteles in quadam ad Alexandrum epistola vinum vocasse dicitur, & vulgo venas in terra dicimus aut quibus aqua concusa later, aut ē quibus metallū cruuncur.

Versum

Muret
Lectiones
LIII
25